



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De clerico moriente, qui se tubam infernalem audiuisset testabatur, cap.  
50.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

Iterum, non obdormiuit, sed de requie transiuit ad laborem, de delicijs ad miseriam.

## CAPVT L.

**I**N eodem regno alius quidam clericus fuit, & ipse vitiosus valde, sicut & superior: qui cum admonitus fuisset ab amicis de confessione, essetque ei allatum corpus Domini à sacerdote, accipere noluit, vertensque se ad parietem, sic ait; Tuba canit apud inferos, eamus hinc: sicque expirans, tubam secutus est infernalem. APOLLONIVS: Si sic Deus execratur diuitias atque superbiam, puto quòd valde puniat blasphemiam. CAESARIVS: Valde Deus punit quandoque illud vitium, etiam in infidelibus, sicut nuper didici ex relatione cuiusdam monachi Vilarientis, qui circa hæreticos Albienses cum domino Conrado Cardinali satis laborauit.

## CAPVT LI.

**C**Omes Fulcensis hæreticus, & hæreticorum *De bla-*  
coadiutor, cum vltimum castrum suum reha- *sphemia,*  
beret, in tantam erupit blasphemiam, vt dice-  
ret; Velit nolit Deus, velit nolit ecclesia Romana, &  
omnes sancti, ego terram meam rehabebo: moxque  
de equo, cui infidebat, ruens, horribiliter torquebatur,  
& cum à militibus esset eleuatus, denuo ruit, pœnam  
soluens blasphemiae. Reductus verò in domum suam,  
primùm torqueri cœpit in pedibus, deinde in cruri-  
bus, postea in pectore, & cum ei relictum fuisset offi-  
cium linguæ, si fortè pœnitere vellet, ipsamque con-  
fessionem prorsus contemneret, circa quatuor men-  
ses, à die quâ percussus est, impœnitens expirauit. Hæc  
de diuitijs, superbia, atque blasphemia dicta sint.  
Quanta verò pœna prædonibus præparata sit, finis  
vnius ostendat.

## CAPVT LII.

**C**irca illud tempus, quo Philippus rex inimica-  
batur Colonensibus propter Ottonem, sa- *De præ-*  
telles quidam Ioannes nomine, cognomenro Da- *donibus*  
aus, prouincia deprædat<sup>o</sup> est. Hic cum post multa ma-  
la moriturus esset, diabol<sup>o</sup> moriendi nimis importunus  
fuit;